

ANNO 1752.

CONGREGATIONIS

Piorum Operariorum commodis & incrementis per opportuna Decreta & Indulta prospicitur.

LX. Dilecti Filii Presbyteri Secularibus Congregationis Piorum Operariorum Vocabilibus ad Capitulum Generale vocatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUAM propensa studioaque voluntate nostra Congregationem vestram per predicationem Verbi Dei & sacras Missiones ad majorem divini nominis gloriam adaugendam, & eternam Christi fidelium salutem procurandam assiduis laudabilibusque laboribus intentam prosequamur, etiam vobis dilecti Filii, ex imperitis a Nobis eidem Congregationi vestre Apostolicæ benignitatis documentis jam satis compertum esse non ambigimus; tamen, ut clarius vobis constet, nova Pontificæ charitatis testimonia adideris fatigamus & optamus. Quoniam autem, sicut perfectum habemus, Institutum ejusdem Congregationis vestre, tam decem, & saluberrimis Regulis & Constitutionibus ab Apostolica hac Sancta Sede confirmatis, necnon Capitularibus decretis munitum esse, ut illud integerrime servantes, alacriter valeatis viam mandatorum Dei currere, & digne ambulare vocatione, qua vocati estis; ita Nobis persuasum est, non aliunde evenire, quod quamplurimi ejusdem Congregationis vestre Alumni, quippe qui nullis Professionibus vel solemnium votorum legibus obstringuntur, sed omnimoda ipsam Congregationem relinquenti libertate gaudent, postquam in eadem formati fuerint, facile illam derelictam, quam propter nonnulla vitæ severioris incommoda, & propter nonnullas rei familiaris aliquibus necessarie angustias. Ea propter Nos, qui Congregationem vestram magis magisque incrementum in Domino cupimus, opportuna Apostolicæ providentiæ, auctoritatilique remedia adhibere censemus, ut sublatis impedimentis, det Dominus unicuique perseverantem in Congregatione vestra famulatum, quo in diebus nostris, ac semper, & merito & numero eidem Domino serviens Congregatio vestra augeatur.

1. Itaque vos, dilecti Filii, rogamus & in Domino hortamur, ut, quoniam ad Generale ejusdem Congregationis vestre Capitulum propediem celebrandum convenistis, primum quidem communibus animis, unum Deum præ oculis habentes, eum Congregationi vestre Præpositum Generalem prædicere contendatis, qui inter ceteros, ad quos spectat, prudentia, doctrina, & pietate præcellens, debitam observantiam exempli accendat, charitate foveat, auctoritate tueatur. Deinde vero non minori cura incumbere debetis ad aliorum Redorum & Officialium electionem, quos ceteris præesse obstrictos oportet, non ut dominantes in subditis Fratibus, sed tanquam formam gregis factos ex animo, se gerere; atque illis præclaro religiosarum virtutum exemplo præcedere, & præsto semper esse, cujusque præsertim Domus Redorem, maxime præ aliis eum, qui Domui Sanctæ Mariæ ad Montes hujus Urbis nostræ constitutus, Collegii etiam nostri Neophytorum onus sustinet.

2. Præterea cum neque per Constitutiones, neque per Decreta Capitularia prescriptum reperitur quod Generale Capitulum vestrum singulis trienniis in Civitate Neapoli dumtaxat celebrari; atque inibi Generalis Præpositus vestre commemorari debeat, & aliunde constat, plurimum incrementum Congregationi vestre futurum, si Capitulum Generale hujusmodi in uno quidem Neapoli, in alio vero triennio Romæ alternatim celebraretur, & vicissim Præpositus Generalis cum suis Assistentibus, juxta Constitutiones vestras, domicilium haberet (quamplurimi fortasse Status nostri etiam Ecclesiastici, aliarumque Nationum Romæ habitantes Viri Congregationi vestre adscriberentur; nec tam pauci hic invenirentur, ubi messis certe multa est); Ea propter a vobis, dilecti Filii, expolcimus, ut hac in re utili-

tatem Congregationi vestre inde provenientem considerantes, nostris etiam votis obsecundare fatigatis.

3. Insuper Nos certiores facti, vobis, quorum præcipuum munus est, Missiones in Civitatibus, Oppidis, aliisque locis dumtaxat peragere, nunquam vero Quadragesimalem Predicationem, nisi in tantummodo Ecclesia ejusdem Domus S. Mariæ ad Montes Congregationi vestre concessa obire, posse gravissimum evenire, ut quisque sibi Quadragesimales ejusmodi Conciones concinet, alias nullibi profusus, recitandas, vos ab hujusmodi onere Apostolica auctoritate tenore præsentium liberamus & absolvimus, atque emolumentum triginta scutorum monetæ Romanæ eidem Domui prædictæ annua Quadragesimali Predicatione constitutum vobis relinqui, & solvi mandamus; dummodo, præter Conciones, Instructionesque singulis feriis quintis ac Sabbatis per annum post prandium, dum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publice Fidelium venerationi expositum est, haberi solitas, vobisque injunctas, singulis etiam Dominicis, diebus Quadragesimæ & diebus festis de præcepto Ecclesiæ in ea occurrentibus, necnon in Dominicis diebus sacri Adventus, omnino ex Pulpito, sive mane, sive post vesperas, vel rudimenta Catholice Fidei, vulgo Doctrinam Christianam, & Catechismum Romanum, tradatis, vel Evangelium Dominicæ explicetis, vel Concionem aliquam habeatis; atque insimul per octo continuos dies Exercitii Spirituaria in eadem Ecclesia, tempore oportuno, prout vobis visum fuerit, omnino peragatis; & publicam expositionem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, cum piis precibus & sermonibus, per novem continuos dies ante Nativitatem D. N. J. C. a vobis pro vestra pietate & placito fieri solitam, omnino etiam deinceps non omittatis.

4. Porro est vestri Institutum rationi maxime confert, ut in Congregationem vestram adlegantur non nisi Adolescentes generis, animique dotibus, conspicui, & ad Patrimonii ritulam sacris Ordinibus initiati, vel initiandi, bonique abundantes, quibus, præter victum a Congregatione contrahendum, ad quæcumque alia vitæ necessaria commoda uti quisque debet; tamen interdum accidit, quod nonnulli ex bonis suis nullum capientibus emolumentum, per Superiores indulgeatur, ut stipendium aliquot Missarum, que ceteroqui pro Congregatione celebrandæ sunt, alicui impendantur; Nos scientes aliquem reperiri posse, qui indigentiam suam Superioribus aperire erubescat; volumus & mandamus, ut deinceps omnibus & singulis dictæ Congregationis Sacerdotibus emolumentum quindecim Missarum ab ipsis in singulos menses celebrandarum tribuatur & elargiatur; dummodo uniusquisque reliquis Missis in commodum utilitatemque Congregationis sue celebret & applicet.

5. Quod vero per Constitutiones statuitur, ut matutina surrectio pro ætiosos præsertim menses fiat post unam mediæ noctis abactæ horam, sive aliter, prout Congregationi Vocabilium melius expedire visum fuerit; Nos æquum ducimus, ut tam per æstivos quam hyemales menses, sive vernos, sive autumnales, tres omnino, sive plures horæ post mediam noctem præcedant matutinam surrectionem. Ut autem hæc nostra providentia non noceat recitationi Officii Matutini cum Laudibus, recitationem hujusmodi quæcumque tempore si e posse sive ante, sive post Solis occasum permittimus & statimus.

6. Inter cetera etiam austerioris vitæ incommoda illud quoque a quamplurimis existimatur non leve, quod in Constitutionibus, quoad lectum, hinc verbis prescribitur; Non usurano lenzuola di lino, ne dormiranno su materazzi, ma su la paglia, se però l' infermità o bisogno particolare di alcuno, a giudizio del Medico, e del Rettore della Casa, non ricercasse altrimenti; ita etiam, illud, quod hinc quoque verbis prescribitur: Non porteranno Camicie di lino, ma solamente di lana; Nos sane paternam charitate considerantes, non eandem esse omnium conditionem valetudinemque, quoad hanc partem ipsis Constitutionibus pari auctoritate & tenore derogamus, ac liberum licitumque esse unicuique declaramus ac permittimus, ut deinceps quisque ad sublitum culcitris, linteaminibus, atque etiam interulis, vulgo Camicie, ex lino, sine ullo conscientie angust-

PONT. A. XII. Prædictio- nis Quad- gesimalis or- dinis remitti- tur. sub cer- tis conditio- nibus.

Stipendium pro XV. Missis in Mensis singulis ter- tiis hebentur.

De surrectio- ne maritima & Officii di- vini recita- tione.

De lecto, & vestitu in- teriore, ac vido.

PONT. A. XII.

angore uti valeat. In ipsis quoque Constitutionibus cum statutum sit hinc pariter verbis: Il vestire sarà comune agli onesti Sacerdoti e Chierici Secolari. Nuno usura seta, ne sorta alcuna di vanità, tanto di sopra, quanto di sotto; e nel vestire saranno uniformi, per quanto sarà possibile; Nos itidem statutum hujusmodi laudamus & confirmamus; sed quoniam apud vos usus & consuetudo inolevit, quod Caligæ, & Tibialia, vulgo Calzette, Femoralia, o Calzoni, Thoraces, o Camiciole, alibi dumtaxat coloris esse debeant, quo albo colore honesti Sacerdotes & Clerici Sæcularis in presentia non utantur; volumus & mandamus, ut deinceps Caligæ, Tibialia Femoralia, & Thoraces hujusmodi fiant sive ex lana, sive gossipio, sive lino dumtaxat, sed coloris nigri, sive subnigri, & suboscuro; & quoad fieri possit, uniformis. Laudamus pariter cibi, potusque parsimoniam, quæ a vobis servatur; sed optamus, ut provida a Rectoribus Superioribusque habeatur ratio tum laborum, tum conditionis, tum valetudinis, tam quoad ciborum quantitatem, quam quoad eorumdem qualitatem & condimentum.

Adhortatio ad promo- vendam Cong- incrementa.

7. Ceterum, dilecti Filii, hæc quidem Nos habuimus, quæ pro majori vestre Congregationis modo & incremento statuenta, permittenda, & suggerenda duximus; derogantes Constitutionibus, Regulis, & Capitularibus decretis ejusdem Congregationis, in his dumtaxat, quæ omnibus præmissis adversantur; Vos vero accurate animadvertere debetis, si qua alia corrigi, emendari, mutari, & addi ac statui digna supersint, ut, ubi suprema Apostolicæ nostræ auctoritatis partes vobis opus esse noveritis, Nos opportune conferamus. Nobis enim nihil magis cordi est, quam ut Congregatio vestra non solum nova suscipiat incrementa religiosarum virtutum; sed pluribus etiam abundet Ecclesiasticis Viris, qui in vinea Dei Sabbatho adlaborent; atque in obsequium Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, hic Romæ præsertim, quemadmodum pauci tamen sese summae cordis nostri læticia præclare gerere pergunt, labores suos impendere & adhibere adnitantur. Interim, ad prosperi successus auspiciis, ab Omnipotenti Deo honorum omnium largitore vobis, dilecti Filii, uberem cœlestium charitatum copiam supplices poscimus, & Apostolicam Benedictionem studiose nostræ ad vobis oportune gratificandum voluntatis pignus peramanter impertimur.

Dat. die 12. Apr. 1752.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XII. Aprilis MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Cajetanus Amatus.

LXI.

RECTIO OPPIDI PERGULÆ

In Civitatem cum concessione plurium facultatum Vicario Episcopi Eugubini ibidem deputando.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUM decet Pontificem ita Subditorum Populorum utilitatibus, & ornamentis consulere, ut Apostolicæ Sedis benignitas erga ipsos magis in dies elucescat; ipsique promeritos fidelitatis, & obsequii sui fructus ex provida Supremi Principis liberalitate percipiant.

Pergula Oppidi decora & ornamenta.

1. Sane exposita Nobis pro parte Dilectorum Filiorum Communitatis, & Hominum Nostræ Terræ Pergulæ Eugubinae Diocesis peritito continet, quod dicta Terra quinque Millibus & ultra Incolarum referta, usque ab initio decimi tertii Sæculi Cives habuit Nobilitatis gradu decoratos, & subsequenter temporibus plurimi in ea Litterarum & Armourum laude illustres Viri, & Ecclesiarum Præfules, ac Romanæ Curie Prælati, nec non Militaris Ordinis Sanctorum Mauriti & Lazari Equites ortum duxerunt; ita ut hæc nostra ætate plures ibi adfint Familie Nobiles, etiam cum aliis Nobilibus Civitatum Nostræ Ditionis Familiis jam pridem affinitatibus & cognationibus junctæ: nec

ei deest Annona ubertas, ac rerum omnium ad com- moda vitæ opportunarum copia; pluresque artes, & artificia, ac potissimum texturæ, in ea florent: Insuper eidem Terræ & in ea iudicanti unum Castrum & quinque loca subiecta sunt: Ipsius vero Terræ Magistratus, ex triplici Personarum gradu, Nobilibus nempe, Civibus, & Plebeis constans, nonnullis prerogativis, & juribus gaudet, signanter in causis de damno dato judicandi, ac visitandi cibaria: Præterea in ea copiosus est tam Sæcularis, quam Regularis Clerus, ac una, quæ insignis etiam est, Collegiata, aliis quinque Parochialibus supereminet Ecclesiis, sex item Virorum Regularium Cœnobita, tria Monialium Monasteria, unum Orphanorum Conservatorium, duodecim Laicorum Contraternitates, tria pro infirmis pauperibus excipiendis Hospitalia numerantur: Mons quoque Pietatis, & alter Frumentarius, ac Bibliotheca ad commune commodum instituta; patent: Quodque magis in pretio habendum merito putant, in Ecclesia Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini ejusdem Terræ trium Sanctorum Martyrum ipsius Terræ Protectorem exuvie, nimirum Secundi, Agapiti, & Justini, debita honorificentia coluntur.

2. Contra vero, sicut eadem expositio subjun- gebat, prædicta Terra non leve ex eo patitur incommodum, quod cum in spiritalibus Ecclesiæ Eugubinae, illiusque Episcopo pro tempore existentibus subbit; Eugubina autem Civitas per triginta circiter miliaria ab ipsa Terra distet, ac iter sit asperum & inivium; idcirco ipsis Terræ Incolæ pro qualibet etiam levi causa ad Civitatem prædictam se conferre adstricti: Nobis modicum serunt præjudicium & dispendium, ac in iis, quæ promptum exigunt remedium, justitiæ & providentiæ differtur administratio.

3. Quare pro parte eorumdem Communitatis & Hominum Nobis fuit humiliter supplicatum, quantum, ut ipsis & eorum Patriæ præmissis dotatæ titulis novum decoris adderetur incrementum, & simul relatis incommodis stabile remedium præstaretur, eandem Terram in Civitatem erigeremus, & aliquam illius in spiritalibus regimini formam præstaremus erigentes illius Collegiatam in Concathedralem, seu ad minus ibidem constituentes specialem Vicarium Generalem. Porro hujusmodi Communitatis & Hominum prædictorum instantia alias per Nos ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, remissa, quum nunquam in ea proposita existerit; nuper vero eadem Communitas, & Homines prædicti, Nobis iterum supplicari fecerunt, ne eorum preces per viam iudicii proponi sineremus, sed quæcumque Nobis opportuna visa fuissent, ad ipsius Terræ decoris augmentum, & Spiritualis regimini commoditatem, per Nos ipsos statueret, respective concedere dignaremur.

4. Nos igitur, qui omnibus, & potissimum Dilectis nostris Ecclesiæque Romanæ etiam in temporalibus subditis, rationabilia petentibus, benignum auditum præstare non detrectamus, didicimus Terram ab aliis etiam Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris Apostolicæ liberalitatis favoribus cumulata fuisse accepimus, ac potissimum a felicis record. Urbano Papa VIII. qui ejusdem Terræ Homines singulari Privilegio, ut Nobis etiam relatum fuit, per suas in forma Brevis die XV. Junii Anno Domini MDCXXXIII. expeditas Litteras concessit; ut scilicet quoscumque agrorum suorum fructus, atque proventus, cujuscumque generis, e Territorio ipsius Terræ extrahere, & ad quæcumque locum Ecclesiasticæ Ditioni mediate, vel inmediate subiectum, usque ad distantiam unius diætæ, sine ulla cujusvis Datii, tam Cameræ Apostolicæ, quam etiam aliarum ejusdem Ditionis Civitatum, Terrarum, aut Locorum Communitatibus debiti, solutione, desere libere possint; Eisdem Communitatem, & Homines, ac eorum singulares Personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris, & penis, a jure, vel ab homine quovis ad se vis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum con-

ANNO 1752.

Incommoda ex Episcopalis Curia Eugubinae distaret.

Preces per splendatis incremento & pro reformacione regimini in Spiritu.

Remissio- nis ad Cong- Greg. Episc. & Regul.

Pont. Præ- decessorum benignitate n- erga Terram Pergulæ im- tari consti- tuit.

Infractis absoluit adde- censuram, infraactam vero ad se- vocat.



servandam, ubi de negotio aliquo agendum sit, in quo tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum communis res agatur; nihilominus ad tollendos abusus, quos hac in re alicubi invecos accepimus, & ad removendas que- relas, quæ ad Nos assidue deferuntur, opportunum fore judicavimus, easdem Prædecessorum Nostrorum Leges confirmare & innovare, nonnullis adjectis declarationibus, per quas earum intelligentia magis in aperto constituatur.

De electione Deputatorum Cleri Regularis. §. 1. Primum itaque, ab Ecclesiasticis uniuscujusque Civitatis, Oppidi, aut Loci, duo Deputati eligendi sunt, alter e Clero Seculari, & alter e Regulari, Quod si Regulares in loco non adsint, poterit Clerus Secularis non unum solum, sed etiam duos e proprio corpore Deputatos eligere.

De eorum interpellatione eiusque effectu. §. 2. Quoties autem negotium aliquod agitari contingat, quod aliquo modo ad Ecclesiasticorum res atque rationes pertineat, aut pertinere possit; toties prædicti Deputati interpellandi sunt, ut illius tractationi interfiant. Si vero ipsi interesse neglexerint, quæcumque demum fuerit, ipsorum absentia causa, non ideo id, quod ipsi absentibus decretum erit, nullitatis vitio intactum censetur. Sed pro decreti sic conditi validitate, satis erit, quod de facta interpellatione Deputatorum huiusmodi, extrajudicialiter constet.

Foram liberum suffragium, sed consultivam, tantummodo eam facultate recurrere. §. 3. Quam autem huiusmodi consultationibus Ecclesiasticorum Deputati intervenient, poterunt quidem, ac etiam debent, circa ea, quæ a Laicis proponerentur, sententias suas dicere; Verum hæc consultivi suffragii vim tantummodo habebunt; neque, si forte Laicorum resolutionibus contraria fuerint, istam executionem retardare valebunt; reservata dumtaxat Ecclesiasticis facultate recurrendi deinceps ad Superiora Tribunaia, a quibus postulare poterunt ea præjudicia emendari, quæ ex Laicorum resolutionibus illata sibi esse contulerint.

Qua ratione computatur revisionibus interesse, & sperari illis sententiam dicere valeant. §. 4. Porro quum aliquæ sint expensæ, quibus tolerandis, ex Romanorum Pontificum præscripto, Ecclesiastici cum Laicis concurrere debent, cumque æquum non sit, ut pecuniarum summæ ab Ecclesiasticis persolvantur, in aliam causam a Laicis erogentur, præter eam, quæ in Pontificiis Mandatis expressa est; ideo statutum est, ut semel saltem in anno rationum redditio fiat, vocatis ad eam Ecclesiasticis Deputatis, quibus exhiberi etiam debent Libri, in quibus administrationis computa continentur; Hos tamen Libros Ecclesiastici minime poterunt domum asportare, sed

examinare debent in eo Loco, qui a Governatore Pont. Locali, seu a S. R. E. Cardinali Provincia Legato, majori, qua poterit cautela, ad id designatus fuerit, eoque temporis spatio, quod ipsis ad hunc effectum a prædictis præscriptum fuerit; cum facultate recursum habendi ad Superiores, quoties in huiusmodi rationum redditione animadverterint, aut dati & accepti capita non recte constare, aut collatam pecuniam in alias causas erogatam fuisse ab illis diversas, quibus ex Pontifici voluntate destinata fuerit.

§. 5. Hæc omnia aut expresse, aut implicite continentur in Epistola Encyclica, de mandato Ven. Servi Dei Prædecessoris Nostri Innocentii Papæ XI. die 19. Julii anni 1681. expedita, & in Decretis a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super Bono Regimine Communitatum, & Universitatum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica, deputatorum alias emanatis. Quæ ideo ab omnibus, ad quos spectat, in posterum observari volumus & mandamus; Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Provinciarum, Civitatum, & Locorum Status Nostri Ecclesiastici Præfides, Vice-Legatos, Governatores, aliosque quoslibet, judicari & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, ac interpretandi facultate, & auctoritate; & si secus a quocumque scienter vel ignoranter gestum aut judicatum fuerit, irritum & inane decernimus.

Contrariis derogatur. §. 6. Non obstantibus quibuslibet Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, & Ordinum Regularium, Congregationum, & Institutorum, etiam expressa mentione dignorum, ac Civitatum, & Provinciarum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Exemptionibus, Indultis, & Literis Apostolicis, cuilibet præmissorum quomodolibet in contrarium concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, quatenus opus sit, expresse derogamus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Dat. die 29. Annulo Piscatoris die XXI. Julii MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Tassonus.

AP-

APPENDIX AD TOMUM III BULLARIUM SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV.

NUM. I. ALLOCUTIO

Habita in Consistorio Secreto Feria Secunda die 21. Aprilis 1749.

Super honorifico FIDELISSIMI Titulo JOANNI V. Portugallie, & Algarbiorum Regi, ejusque Successoribus, a Sanctitate Sua collato.

VENERABILES FRATRES.

CONSENTANEUM plane, immo & necessarium arbitramur declarare Vobis quemadmodum in præsentia declaramus, Carissimo in Christo Filio Nostro JOANNI Portugallie & Algarbiorum Regi, ejusque Successoribus, collatum a Nobis fuisse perhonorificum FIDELISSIMI Titulum, qui merito quidem ipsi tribuendus videbatur. Etenim toto vite suæ cursu præclarissima gessit, ut Catholice Religionis gloria, & hujus Sanctæ Sedis dignitas magis amplificaretur. Dubitandum quoque non est, Successores ipsius hoc honoris Titulo inflammandos esse vehementer, & maximo studio excitandos, ut propositum ante oculos exemplum pari virtute æmulentur.

Procul dubio non ignoratis, ineunte Saeculo duodecimo, Mauris & Portugallie Regno depulsis, illos statim Reges omnem operam contulisse, ut Catholicam Religionem in sua Ditione illibatam tuerentur; cum deinde plures Asiae, Africae, Indiarumque, & Americæ populos in suam potestatem redegerint, barbaras gentes sanctissimæ Religionis mysteriis imbuendas curasse, acitis peritissimis Ministris, qui recentem Domini Vineam diligenter excolerent. Inter eos recensendus est S. Franciscus Xaverius, qui Joannis III. Portugallie Regis prædicti ac tutela, uberrimos totoque Orbe celeberrimos fructus in illis Regionibus collegit, uti non solum auctoritate Scriptorum, sed ipsius S. Francisci ad Joannem Regem epistolis plane comprobatur, ex quibus etiam clare deprehenditur, magna cum gloria, Fideique incremento, iis omnibus Virum Apostolicum satisfecisse, quæ a Paulo III. Prædecessore nostro illi præscripta, ac demandata fuerant.

Sebastianus Rex, de cujus laudibus nulla unquam ætas conticescet, circa dimidium Saeculi decimi sexti Portugallie Regnum administrandum suscepit. Ille singulari virtute præditus, potentissimo exercitu comparato, mare transiit, Mauris bellum indixit, cum quibus fortissime decertans, honestissima morte gloriam adeptus est immortalæ.

Si quis autem amplissimas victorias, quas Portugallie Reges in remotissimis etiam partibus Africae consecuti sunt, admirari cupiat, in Apostolicis Literis Pii IV. Prædecessoris nostri, quæ in Ecclesie Annalibus referantur, descriptas legere poterit. Ex illis quoque percipit, innumerabilem pene Indorum multitudinem armis subactam, eo fructu cumulata fuisse, ut Christianam Fidem agnoscerent, & amplecterentur. Insuper ex Apostolico Brevis ejusdem Pontificis ad ipsam Regem Sebastianum intelligimus, tantam in bellis suscipiendis, victoriarumque referendis virtutem eum Regem divinitus obtinuisse, ut cæteros omnes Majores suos gloriae magnitudine Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

facile exæquarit. Quamobrem Sanctus Pius V. Prædecessor noster (uti sincera quædam monumenta testantur) potestatem fecit eidem Sebastiano Regi cum honoris Titulum (eligendi, quem magis expeteret; se paratum esse declarans, ipsius voluntati morem gerere, ut debitam videlicet rebus præclarissime gestis mercedem impertiret. His respondit Sebastianus Rex, se nihil magis optare, quam ut Filii nomen ac titulum, erga Romanum Pontificem obsequiosissimi, palam ostenderet, ac probaret; resque propterea infecta remanuit.

Idem procul dubio nunc etiam contigisset, si exemplo Sancti Pii V. Prædecessoris nostri inhaerentes, Carissimo in Christo Filio Nostro JOANNI Portugallie, & Algarbiorum Regi honoris Titulum, quem vellet eligendi potestatem fecissemus. Quapropter præteritarum rerum experientia edocuit, ne ullum impedimentum obiceretur, voluntate nostra, ipso Rege inconsulto, per honorificum FIDELISSIMI Titulum Nos ipsi excogitavimus, quem eidem Regi, ejusque in Regno successoribus, ut jam superius indicavimus, elargiti sumus.

Porro, quam præclara sint hujus Regis in Christianam Rempublicam merita, satis superque testatur Apostolicae Literæ Clementis XI. Prædecessoris nostri, quam duo volumina in lucem edita complectuntur. Siquidem, ut ejusdem Pontificis voluntati, & consiliis obsecundaret, plurimas in subsidium naves suppeditavit, quo tempore Turcarum Tyrannum Infule Corcyrensi cum validissimo exercitu imminens, non solum Venetorum Republicæ, sed universæ quoque Italiae, & huic Urbi, quæ totius Christianæ Religionis caput est, perniciem, & Calamitatem minabatur.

Nos ipsi jure, ac merito testari possumus, & revera testamur, eundem Regem suam nunquam operam a Nobis desiderari passum esse, ubi res fuit vel de retinenda, augendaque Religione, vel de hujus Sanctæ Sedis dignitate tuenda. Insuper Nobis Pontificatum gerentibus, nonnullos Episcopatus fundavit in remotissimis Domini sui partibus, ubi solum Infideles versabantur, videlicet, ut Christiana Fides ibidem propagaretur. Omitteremus, hic verba facere de maximis, ac plane Regis sumptibus, qui ab ipso sunt, ut Ministris ad obeundas sacras Missiones necessaria suppeditentur. Taciti tamen præterire non debemus victorias, quas recenter in Asia comparavit, & novas, quas suscepit expeditiones; & huiusmodi profecto bella libenter cum illis comparabimus, quæ de illis S. Gregorius Prædecessor noster ad ipsum Gennadium scripsit his verbis: Ubi enim meritorum vestrorum loquax non discurrat opinio? Que & bella Vos frequenter appetere, non desistitis. Quæ in qua Deum coli conspiciamus, loquitur; quatenus Christi nomen per subditas gentes Fidei predicatione circumquaque discurrat. Eiusdem Sancti Pontificis verbis prosequemur: Turrim pro pascendis ovibus Beati Petri Apostolorum Principis utilitatibus Ecclesiam vestram præstitisse didicimus. Oratorem tandem nostram absolvemus, quemadmodum & Sanctus Gregorius epistolam absolvit suam: Per solventes paternæ charitatis alioquium, petimus Dominum, Salvatoremque nostrum; qui Evantiam vestram pro solutio Sanctæ Republicæ misericorditer protegat, & ad dilatandum per finitimas gentes nomen ejus magis magisque brachii sui firmitate confortet.